

R. De iure praef., qui a IIvir. relictus sit. |

XXV. Ex IIviris qui in eo municipio i. d.²⁴ p.²⁵, uter postea ex eo municipio profisciscetur | neque eo die in id municipum (*sic*) esse se redditurum arbitrabitur, quem | praefectum municipi non minorem quam annorum XXXV ex | decurionibus conscriptisque relinquere volet, facito ut is iuret per | Iovem et divom Aug. et dium (*sic*) Claudium et divom Vesp. et divom | Titum Aug. et Genium imp. Caesaris Domitiani Aug. deosque P[e]nates: | quae IIviri²⁶ qui i. d.²⁴ p.²⁷, h. l. facere oporteat, se, dum praefectus erit, d. [t.]²⁸ quae eo | tempore fieri possint facturum, neque adversus ea [f]acturum²⁹ scientem | d. m.³⁰; et cum ita iuraverit, praefectum eum eius municipi relinquit. Ii³¹ | qui ita praefectus relictus erit, donec in id municipium alteruter ex IIviris | adierit³², in omnibus rebus id ius e[a]que potestas esto, praeterquam de praefec|to relinquendo et de c. R.³³ consequenda, quod ius quaeque potestas h. l. IIviri in³⁴ iure dicundo praeerunt datur. Isque dum praefectus erit quo|tiensque municipium egressus erit, ne plus quam singulis diebus abesto. |

R. De iure iurando IIvir. et aedil. et q.³⁶ |

XXVI. Duovir., qui in eo municipio [i.] d. p.³⁶, item aediles³⁷ in eo municipio sunt, item | quaestores qui in eo municipio sunt, eorum quisque in diebus quinq. | proxumis post h. l.³⁸ datam, quique IIvir. aediles quaestoresve postea ex h. l. | creati erunt, eorum quisque in diebus quinque proxumis, ex quo IIvir | aediles³⁹ quaestor esse coeperit, priusquam decuriones conscriptive || habeantur, iuranto pro contione per Iovem et dium (*sic*) Aug. et divom Claudi|um et divom Vespasianum Aug. et divom Titum Aug. et Genium Domitiani | Aug. deosque Penates: se, quodquemque⁴⁰ ex h. l. exquod⁴¹ re communi m. m.⁴² Flavi | Salpensani censeat, recte esse facturum, necve⁴³ adversus h. l.³⁸ remve commu|ne[m] municipium eius municipi facturum scientem d. m.³⁰, quosque prohibe|re possit prohibitorium, neque se aliter consilium habiturum neq. aliter | daturum neque sententiam dicturum, quam u[t]⁴⁴ h. l. exqua⁴⁵ re communi | municipium eius municipi censeat fore. Qui ita non iuraverit, is HS \bar{X} | municipibus eius municipi d. d.⁴⁶ esto, eiusque pecuniae deque ea pecunia mu|nicipum eius municipi cui⁴⁷ volet, cuique per hanc legem licebit, actio peti|tio persecutio esto.

25) Prae'erunt. — 26) Scr. IIvir. (*duovirum*). — 27) Prae'est. — 28) Dumtaxat (d. p. aes). — 29) acturum aes. — 30) Dolo malo. — 31) Ser. ei. — 32) Ser. redierit. — 33) Civitate Romana. — 34) Ser. IIviris qui. — 35) Quaestorum. — 36) Praesunt. — 37) Inse're qui. — 38) Hunc legem. — 39) Ser. aedilis. — 40) Ser. quodcumque, 41) exque. — 42) Municipum municipii. — 43) Ser. neque. — 44) Inse're ex. — 45) Ser. exque. — 46) Dare damnas. — 47) Ser. qui (cf. supra N. 6087 not. 11; recte lex Malac. cap. 58).